

tum manes à posterorum execrationibus conqviescunt, Abigail verò, Alceſtis, Artemiſia, Aſpaſia, Eſther, Hanna, Juditha, Martia, Rebecca, Sara, Suſanna encomium ſunt & ipſa commendatio, immò optatiſſimum Votum, Haſ nempe dicimus non fuiſſe nimis procaces, non nimium faciles: haſ non admiſſe manuum contrectationes, non labiorum implicationes, non dulcedinem ſermouum, non nutus oculorum, non riſus oblectamenta, non veſtium ornamenta: haſ non aſtimãſſe cutis colores, non adulationum blanditias, non geſtuum illecebras. Singulae tamen viventium olfacient, ut ſunt naris non ita obefe, mutatis nominibus de ſe narrari ſabulam. Cœcus fuit Tobias, Tibi Pater familiãſ, ne tam in alienã quã tuã domo ſis nimis curioſus. Mutus Zacharias, ne nimis iurgioſus. Surdus David, ne audias quã audis, ne ſcias quã ſcis, Parcus Eliſæus, ut tu ſis frugalis, ut αὐτὸς ἑκείνου. Prudens Salomo, ne tu Nabal. Patiens Jobus, ut tibi jugum ſuave, quum maximum malum ſit, malum ferre non poſſe. Laborioſus Jacob, ne dum tu molam, te farina. Sic exempla vovent! Sic Exempla movent! Sic exempla movent! poſtquam mortalis omnis glorioſius ſibi duxit optimos imitari, quã peſſimos. Ergo tu Elieſerum inculcas, ſed viſ dexteritatem ſervi tui; Laborioſum Jacobum prædicas, famuli fudores exoptas; Urbiniꝝ Panopionis ſervo ſimilem precaris, ab ipſo fidelitatem poſtulas. Ita illabi malum quã irrumperè, inſinuari quã in graſſari, priuſq; capi quã capere, Et tamen ſumma Votorum eſt, Non videri ſed eſſe, Quam noſtri an impleverint Diſcipuli ſibi ſæpius à me probe inculcatam, in ſuis Orati unculis Auſpicialibus, & permittite ſic loqui, Panegyricis, Vos Viri Magni, quos abſq; oneroſo Vobis titulo & emblemate hypocriſeos, ſubmiſſe tantum obſervanter & officioſe compello, audire atq; videre Ipli poteritis, ſi velitis; voletis autem, quia favetis, quod toties reiteratis aocesibus teſtatum ſeciſtis, quodq; prædicare ſatis non poſſumus, quia laudes Veſtræ ingenium noſtrum transcendunt. Vovebunt autem & Strenas offerent Statui Eccleſiaſtico, Politico & Oeconomico, totius illi Humanitatũ peristylio. Æquiſſimum omninò eſt & ingentis pietatis opus ſepire arborem, ex quã exciſus